



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CXI. Karlomanni Regis Italiae paeceptum pro monasterio sanctae  
Christinae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

audiendas , aut freda vel tributa exigenda , aut manfiones vel paratas faciendas , aut fidejusfores tollendos , aut homines ipsius Ecclesie tam ingenuos quam seruos super terram ipsius commanentes vel fracos injustè nec justè distingendos , nec ulla redibitiones aut illicitas occasiones requirendas , nostris & futuris temporibus ingredi audeat , vel ea que superius memorata sunt penitus exigere presumat ; sed liceat memorato Praefuli suisque successoribus res praedictæ Ecclesiæ cum omnibus sibi subjectis sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere & nobis fideliter deservire . Petuit etiam idem venerabilis Frodoynus Episcopus ab amore Dei & reverentiam sanctæ crucis , in cuius honore praedicta Ecclesia Barchinonensis dedicata est , & sanctæ Eulalie , cuius corpus in ipsa Ecclesia requiecit , ut canonicanum restaurare eidem Ecclesiæ , quæ penitus destrutta esse videtur , ei concessimus , & auxilium sive adjutorium præberemus . Nos ergo ob remunerationem meritis animas nostras concedimus eidem Episcopo licentiam canonicanam ejusdem Ecclesiæ restaurandi . Et ad ipsam Ecclesiæ per hoc præceptum nostræ autoritatis confirmamus cellam sanctæ Eulalie & sancti Genesij , sicut Iovencianus Presbyter de heremo traxit , & quod incultum reliquit , cum omnibus appendicis suis , molinis , terris , & hotris , & agrum qui est situs juxta strata publica prope villam Pinellos , & cellam quæ est pagi Gerundensis , sive sancti Martini Ecclesiæ , cum vicinis & filiis & villis sibi pertinentibus , & domum sancti Cucuphatis & sancti Felicis ad locum Octavianum cum aprisionibus & adjacientis & omnibus ibidem pertinentibus , sicut Ostofredus Abba per præceptum tenuit , domum sancti Genesij & sancti Martini sitam in rivo Tenesi , & villa quæ dicitur Codex cum speluncis , molinis , terris cultis & incultis , & omnibus adjacentiis suis , item domum sancti Martini ad locum maritimum , juxta rivo Argentona , cum villaricello desuper positos , cum terminis & adjacientiis suis . Item concedimus praedicta Ecclesiæ seu venerabili Episcopo praedicto de proprietate nostra locum qui dicitur Riellos , situm in latero montis Signi , juxta alodium Baroni , & villam quæ dicitur Breda , & villam Campinos cum exemplariis , ædificiis , cisticis , & vineis , terris cultis & incultis , & cum omnibus adjacentiis ibidem pertinentibus , cum domo & vinea vel horto quod ibi ædificavit Oroligius Presbyter , & villaricello quod dicitur Cerdanus per summitem montis Signi usque in rivo Tordaria ; excepto quod Spani homines de heremo traxerunt . Et in alio loco , villare quem dicunt de Provasio , & Ecclesia sanctæ Mariæ ibidem sita . & villaricello qui sunt per ipsa ferram de ipso monte , unde ipsa strata dividit usque ad aliam stratum quæ pergit de Gerunda ad Barchinonam . Concedimus insuper et tertiam partem telonei , sicut Bernardus Marchio noster per præceptum genitoris nostri ei acceptavit de suburbio loci ipsius , tam de mari quam omnimecationi , & de heremis terra , & de portatico , & de moneta . & villam , id est Romanos , cum villaricello desuper positio , juxta domum sancti Stephani , & alteram villam Rodaldicum suis ad-

iacentiis , sicut in præcepto Domni genitoris nostri continetur , seu domum quæ in civitate est Barchinona , sicut Adalulfus Episcopus habuit . Concedimus ei agrum suum prope civitatem Barchinonam quem haecenus Godus nomine Recensius de potestate Ioannis Episcopi multæ & absque lege tenuit . Volumus etiam ut præfatus Episcopus siue sibi commissi pro nobis , conjugæ , ac prole Domini misericordiam exorare non neglegant . Ut autem hæc nostræ munificentæ auctoritas firmior habeatur , & nostra largitas semper in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem , manu propria subter eam firmavimus , & anulo nostro insigniti iustissimus .

Signum Ludovici glorioissimi Regis .

Vulfardus Notarius ad vicem Gozleni recognovit .

Datum v. Idus Septembri Indictione xi. anno primo regni Domini Ludovici glorioissimi Regis .

Aetum Trebas civitate in Dei nomine feliciter . Amen .

### C X I.

Karlomanni Regis Italæ præceptum pro monasterio sanctæ Christinae .

**I**n nomine sanctæ & individuæ Trinitatis . Karlomanni divina favente gratia Rex . Ex veteri codice .  
Quicquid pro Dei summi amore sanctorum ipsius vegetatio .  
ratione sacratis locis impendimus , ad nostri augmentum regni non diffidimus profuturum . Idcirco univerorum sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostri unquam fidelium præsentium scilicet & futurorum sagacitas noverit quod nos tam divinitati instinctu quam sempiternæ retributionis compulsi intuitu ad reprobationem nobis nostris que parentibus coelestem Regem & dominatorem omnium , beatæ virginis & martyris Christine cenobium in Italico regno confectum hand procul à curte regia qua Ollona dicitur , ubi venerabilis Abba Trafaoldus præesse videtur , cum omnibus qui sub cura & ditione ipsius sunt famulis Christi , cunctisque rebus ac familiis ad cundem locum respiciuntibus , sub nostrum mundeburdum & perennem tuitionem suscepimus . Confirmamus quoque solemniter & per hanc nostræ auctoritatis paginam corroboramus quicquid eidem venerabili monasterio in rebus mobilibus & immobiliis a tempore constitutionis sua usque in præsens ex dono præfcorum Regum Reginarumque tam antecessorum quam propinquorum nostrotum seu aliorum quorumlibet fidelium largitione , collatione , vel qualunque oblatione divina pietas contulit aut largiri dignabitur in posterum , ut habeant illud atque possident famuli Christi iure quieto ac pacifice sub nostræ immunitatis protectione illæsi jugiter permanentes , & pro nostri statu regni altissimum rogantes , omni nostra heredumque nostrorum ac successorum molestatio ne , inquietudine , vel subtractione remota . Volumus denique ut quotienscumque vel undecunque opus habuerint , de rebus & famulis ejusdem monasterii tamquam de dominicatis nostris per pulsos

\* immuni-  
tatis  
codicis Leo-  
gobianus

blicos exactores inquisitio fiat. Illud quoque omnimodis interdicimus, ut in dominibus & in cellulis ejusdem corobri ex hoc nunc & in posterum nullus manionaticum, teloneanticum, ripaticum, aut aliquas publicas functiones exquirere audeat; nullamque in commenditis eorum liberis ac servis, mafariis, libellariis, aldonibus contra legem violentiam inferat, aut eos potestativè distingere aut pignorare praesumat. Quod qui fecerit, subiectam \* immunitationis nostrae poenam compone-re cogatur. Quia vero supra taxatum monasterium cum sit alia substantia in fame, & tamen hospitium & peregrinorum susceptione paratissimum, ob hoc ad maiorem nostrae mercedis emolumen-tum conferimus atque donamus ad Dei fervorum inibi degentium supplementum patrem terræ de gualdo nostro quod Sulmata-dicitur, & pertinet de curte regia Saluciola, & est per mensuram legitimam ad iugis centum quinquaginta de terra permisiva, habens fines ab ortu solis ipsum gualdum Sulmata, & mafariis praedictis curtis Salutiolla, à meridie & occidente vallem Gu- dam & Lenatum percurrentem ab Alapallone locum & gualdum Sulmata. Ipsam terram per infra... praefato sanctuario mancipamus atque largimur in perpetuum possidendum, omni publica repetitione populi. Si quis autem contra haec nostra firmatis atque liberalitatis statuta agere ausus fuerit, tringita libras auri probati compo-nat, medietatem cameræ nostræ, & medietatem sacro loco cojus munimentum infringere ausus fuit. Et ut haec nostra promulgatio sine largitio perenni stabilitur robore, manus nostræ monogrammate subter illam adnotamus, & ex anno nostro insigniri jussimus.

Signum Domini Karlomanni serenissimi Regis.  
Baldo Cancellarius ad vicem Thiotmari Archi-cancellarij recognovi.

Datum viii. Kal. Maij anno Christo propria-ti 111. Domini Karlomanni invictissimi Regis in Bavaria, \* 111. In Italia, Indictione xii.  
\* Leg. 111. Actum ad Cunigust curte regia in Dei nomine feliciter. Amen.

### C X I I .

Bosonis Regis Provincie preceptum pro Ecclesia Auguſtodunensi.

An. 879.  
Ex char-  
tuario Ec-  
clesiae Au-  
guſtodu-  
nenſis

**I**n nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Bolo gratia Dei Rex. Si piis servorum Dei petitionibus open ferendo consulimus, Deum nobis ob id præsenti & futuro seculo propitiari nullatenus dubitamus. Quapropter notum sit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorum que unanimati quoniam Adalgarius venerabilis Editorum Episcopus ad nostræ sublimitatis acce-dens manuetudinem deprecatus est ut auctorita-tes & præcepta Regum videlicet prædecessorum nostrorum ob majoris firmatis vigore scripto nostræ auctoritatis confirmaremus & secundum quod moris est roboraremus. Nos autem ejus pe-titionibus tanto licentibus celsimus quanto nobis id profutorum perspeximus amplius. Statuimus ergo confirmantes & confirmando decernimus ut

Tom. II.

omnia præcepta que jamdictæ Ecclesiæ ab ante-cessoribus nostris Regibus videlicet & Imperato-ribus facta sunt, omnibus temporibus maneat inconculca, & tam ex abbatia Flavinaco quam & ex villa Beliniaco, necnon & ex villa Linen-naco, seu & ex villa Tiliniaco, quam etiam ex aliis rebus omnibus ejusdem Ecclesiæ præcepta & auctoritates nostra editio roborarentur, maneat inconvulsa. Montem quoque qui vocatur Sem-murus, cum Ecclesia que iuxta est & duobus mo-lendinis, jamdictæ Ecclesiæ subque Präfulti Adal-gario æternitatem delegamus & delegantes conce-dimus, & de nostro jure in jus & dominationem sancti Nazarij regio more transferimus. Ut autem hujus nostræ auctoritatis confirmatio maiorem obtineat vigorem, manibus propriis subter fir-mantes, anuli nostri impressione subter jussimus sigillari.

Signum Bosonis gloriissimi Regis.  
Elbertus Cancellarius ad vicem Aureliani Ar-chiepiscopi recognovit.

Datum v. Idus Novembri Indictione xii.  
anno i. regni Domini Bosonis gloriissimi Regis.  
Actum Lugduno civitate in Dei nomine felici-ter. Amen.

### C X I I I .

Aliud ejusdem Bosonis præceptum pro monasterio Carilocci.

**I**n nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. An. 879.  
Bolo misericordia Dei Rex. Quantum in di-Ex authen-tico, quo datus auxiliis libentius porrigitur, tanto id nobis duci.  
cibus cultibus Deoque famulantum necessitatibus extat Lug-duni.  
ad mortalem vitam temporaliter deducendam & ad futuram feliciter obtinendam commodum pro-venire concidimus. Igitur notum esse volunus cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque præsentibus scilicet ac futuris quoniam adiut fer-ritatem nostram Siuvaldus Comes & fidelis no-stri suppliciter flagitans quatenus monachis ex monasterio Karilocci, quod est dicatum in honore sancti Stephani in comitatu Maticensi super Sonam fluvium, in aliquo concederemus. Cujus pe-titioni, utpote rationabili, annuentes, per hos nostræ cellulindis apices concedimus ad ipsum monasterium monachisque ibidem Dico miliantibus abbatiolam in honore sancti Martini, cum omnibus Ecclesiæ ad se pertinentibus, cum terris, pratis, pacuis, silvis, aquis, aquarumve decur-sibus, cum exitibus & regressibus & omnibus ad-jacentiis suis. Hac omnia superius nominata cum omnibus integratibus pro mercede Domini Karoli Imperatoris & anime nostræ remedio ac con-jugis nostræ ipsi loco & sois ab hodierno & in pos-terum perpetuiter concedimus possidendum. Et ut haec nostræ confirmationis auctoritas Domino protegente nostris futurisque temporibus in-convulsa permaneat, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione insigniri jussi-mus.

Signum Bosoni serenissimi Regis.  
Stephanus Notarius ad vicem Adalgarij recog-novit.

C C C C